

Solentur objectiones.

257 **O**bjicies primo: Si mysteria Christianae Religionis essent evidenter credibilia, vel essent evidenter credibilia fide divina, vel fide tantum humana; Neutrū dici potest: Ergo non sunt evidenter credibilia. Minor quoad secundam partem videtur certa, quidquid in contrarium dicat Valquez: Si enim mysteria nostrae fidei essent evidenter credibilia fide tantum humana, non posset homo prudenter eis majorem fidem quam humanam adhibere, utpote cum non sit major fides rebus adhibenda, quam ea qua videtur esse credibiles. Probatur vero quantum ad primam: Primo quia cum esse credibile fide divina, sit denominatio desumpta a fide divina, tanquam a forma extrinseca, & effectus formalis non possit evidenter cognosci, absque eo quod forma ipsa eodem modo cognoscatur; ut quis evidenter judicet mysteria Christianae Religionis esse credibilia fide divina, necesse est quod evidenter judicet talem fidem esse possibilem. Sed hoc non est possibile, nisi per visionem beatificam, vel per evidentiā divinā revelationis extra verbum: Ergo non sunt evidenter credibilia fide divina. Secundo, cum illud tantum sit credibile fide divina, quod in seipso est verum, si mysteria nostrae fidei essent evidenter credibilia fide divina, existerent etiam eo ipso evidenter vera, etiam in seipsis.

Respondet mysteria Christianae Religionis esse evidenter credibilia fide divina, sed in communi dumtaxat, prout est superior ad fidem humanam, non vero in particulari, quatenus est participatio formalis divini intellectus a Deo inhiata, dari etiam fidem divinam hoc modo particulari consideratam, non est evidenter cognoscibile extra visionem divinam essentiam, vel extra visionem divinam de ipsa revelationis: cum hoc tamen fiat, quod scitur ratio naturalis evidenter demonstrat Deum ut Auctorem supernaturalē in communi, hoc est, ut potentem aliquid producere quod sit supra totam naturam, non determinando quid sit illud in particulari; ita argumenta extrinseca quibus nostrae mysteria demonstrantur credibilia, possunt evidenter ostendere possibilem esse fidem divinam sive supernaturalem in communi, non determinando praedicata specialia talis fidei: & per hoc patet ad primam probationem Minoris.

Ad secundam vero, nego sequelam: quamvis enim nihil sit credibile fide divina, sive dignum tali fide, nisi verum; ut tamen sit evidenter credibile, non est necesse quod videatur ejus veritas, sed sufficit, quod maxima de ipsa habeatur probabilitas sive quod verisimilis videatur. Unde diligenter observandum est, aliud esse quod aliqua propositio sit vera, aliud quod sit credibile, veritas enim sumitur ex connexionē subiecti & praedicati: credibilia autem a testimonio extrinseco dicentis, seu testificantis, & ab aliis signis & motivis extrinsecis; quae reddant illam credibilem, seu dignam cui fides adhibeatur.

Objicies secundo: si mysteria nostrae fidei essent evidenter credibilia, possemus cognoscere naturaliter illorum possibilitatem: Sed hoc dici nequit, ut communitur docent Theologi: Ergo nec illud. Sequela probatur: Quod judicatur impossibile, est incredibile: Ergo quod judicatur evidenter credibile, judicatur evidenter non esse impossibile. Sed possibile & non impossibile equipollent: Ergo quod judicatur non esse impossibile, judicatur evidenter esse possibile.

Respondet negando sequelam, ad ejus probationem dicendum, hanc consequentiam non valere: Judicatur evidenter hoc esse credibile: Ergo evidenter judicatur non esse impossibile, sed debere inferri: Ergo evidenter judicatur non apparere impossibile: ut enim aliquid sit credibile, non est necesse ut judicatur non esse in se impossibile, sed sufficit quod ejus impossibilitas non appareat.

Objicies tertio: Illa doctrina non est evidenter credibilia, sed potius incredibilia, quia nonnulla continent, quae Dei majestate profligata indigna apparent, immo & aliqua quae horrorem maximum hominibus incutiant: Sed talis est doctrina fidei nostrae: Ergo tantum absit quod sit evidenter credibilia, quin potius videtur incredibilia. Major constat: Minor vero probatur. Deum concipi, novem mensibus in utero mulieris portari, in cunis vagire, & eferre, algere, crucifigi, mori, &c. Dei majestate omnino indignum videtur: & tamen est unum ex precipuis fidei nostrae dogmatibus. Deinde horribilius est humanam carnem manducare, quam perimere, & humanam sanguinem potare, quam effundere; & tamen docet fides nostra Christianos, Deum quem adorant, in carne humana manducare, & ejus sanguinem bibere: Ergo Religio nostra videtur docere nonnulla, Dei majestate omnino indigna, & aliqua horrorem maximum homini incutientia.

238 Respondet quod licet doctrina illa fidei nostrae Dei majestate profligata indigna videatur, hominibusque horrorem incutere, si non consideretur attente, debite, eoque modo, & cum omnibus circumstantiis, quibus fides docet mysteria illa fieri, vel facta esse; focus tamen si consideretur cum attentione, cum modis & circumstantiis, quibus fidei nostrae docet enim cum circumstantiis Verbum divinum incarnatum fuisse, passum, cruci affixum, & mortuum, in quibus divina majestas & omnipotentia maxime relictus: conceptus est squidem Christus, sed de Spiritu Sancto; natus, sed ex Virgine; in praesepe reclinat, sed a Regibus adoratus; in cunis vagit, sed tunc Herodem Regem, totamque Hierosolimam perterruit; vixit inter homines, sed infinita inter ipsos patravit miracula; crucifixus est, sed confusus ejus Majestatis scissum (ut verbis magni Leonis utar) Sed obsecratio laudibus, & terra gemitibus concessa accepturus: denique mortuus est, sed virtute propria paulo post resurrexit. Quare egregium fuit Margaritae responsum ad Judicem, hominis in crucem acti cultum fidei improperantem: *Unde scis, inquit, hanc notam Christi inuisti? Ex tursum libris, ait Judex: At qui caecus, subdit Virgo, cum eidem libri Christi divinitatem & mortem praedictis, fidem abrogare Divinitatem testantibus, & habere crucis signum conferentibus.*

239 Addo mysteria fidei nostrae, eo ipso Dei majestate maxime esse digna, quod eorum dignitas sit ita supra humanam rationem elevata, ut videatur potius indignitas, si per eam dumtaxat consideretur. Unde pulchre Tertullianus suo more, in lib. de carne Christi adversus Gentes: *Quodcumque Deo indignum est, nihil expedit, saltem si non confusum de Domino suo. Natus est Dei Filius: non pater quia pudendum est. Et mortuus est Dei Filius: propter quod incredibile est, quia insepultus est. Et sepultus resurrexit: certum est, quia impossibile. Et lib. 2. contra Marcionem ait: Assumpsisse Deum quendam sui indigna, nobis autem necessaria, & ideo jam Deo digna, quia nihil tam Deo dignum, quam salus hominis.*

240 Quantum vero ad Eucharisticum corporis Christi manducationem, & sanguinis ipsius potationem, respondet Augustinus ferm. de verbis Domini, ut refert Beda in cap. 19. priori ad Corinthios, manducationem corporis Christi, & potationem sanguinis ejus, nullum horrorem incutere, quia manducatur & bibit sub speciebus panis & vini, quibus communiter vescimur. Addo manducationem illam Eucharisticam imperfectioribus, quae sunt in manducatione corporali carere: squidem Christus ipse, sive corpus ejus & sanguis, nullo modo per manducationem & potationem atteritur, alteratur, aut corrumpitur: *Invitavit servos* (inquit Augustinus loco citato) *& preparavit eis cibum festum, quis audeat manducare Dominum suum? Et tamen ait, Qui manducabit me, vivet propter me. Quando Christus manducatur, vita manducatur, nec occiditur ut manducatur, sed mortuus vivificat: quando manducatur, reficit, sed non deficit. Non ergo timeamus, fratres, manducare ipsum panem, ne forte iniamus illum, & postea quod manducatur non inveniamus: manducatur Christus, vivit manducatus, quia resurrexit occisus. Addo insuper per manducationem & potationem corpus & sanguinem Christi in substantiam ipsorum sumendum non verti, quin immo eos potius, cum sit majoris virtutis, ad se convertere, ut eleganter ostendit idem Augustinus lib. 7. Confessionum cap. 10. ubi loquens in persona Christi, sic ait: *Cibus ego sum grandium, cressae & manducabis me: nec in me mutabis in te, sicut cibum carnis tuae, sed tu mandabis in me, spiritualiter scilicet: reddidit enim Eucharistia homines in affectu Deo simillimos, & veluti Deiformes, juxta illud magni Leonis ferm. 15. de Passione: Non aliud agit participatio corporis & sanguinis Christi, quam ut in id quod sumimus transsumamus quod certe valde mirabile est & maximum divine virtutis argumentum. Sed de hoc fufe in Tractatu disp. praemiali de Eucharistia.**

241 Objicies quarto: Si mysteria nostrae fidei essent evidenter credibilia, nemo sane mentis potest illa rejicere, & contrarium illis judicare, quandoquidem non videtur quod evidenter cognoscit, & judicat esse credibile, seu fide dignum: At hoc est contra experientiam: Ergo mysteria nostrae fidei non sunt evidenter credibilia.

Respondet negando sequelam Majoris: licet enim mysteria nostrae fidei sit evidenter credibilia, multi tamen sunt, quibus ea non bene proponuntur, & multorum quibus bene proponuntur, non ea bene expandunt, sed intellectum avertunt ad examine, & diligentium eorum consideratione, convertuntque ad alia opposita, victi difficultate, quae occurrit in credendis sigillatim mysteriis particularibus, de se arduis plerumque, & non modo intellectu difficilibus, verum etiam sensui, seu vite carnali repugnantibus. Quare metu captivitas moleste in obsequium fidei, & horrore obligationis ad vitam austeriorem, vel examen refugiunt, vel motivorum vim debilitare conantur,

nantur, atque evidentiā antea sibi notam, & satis apparentem, oppositis ratioculis obfcure, & intellectum in assensum contrarium tandem inducere, similes illis, qui amorem finis antea experti abijcunt, victi horrore difficultatis alicujus medii necessarij. Addo quod in poemā peccatorum praecedentiū Deus nonnunquam denegat infidelibus auxilia efficaciam, quibus intellectus eorum applicatur ad percipiendum evidentiā credibilitatis mysteriorum nostrae fidei, juxta illud 2. ad Corinth. 4. *Deus hujus saeculi excavit mentes infidelium, ut non fulgeat illis illuminatio Evangelij gloriae Christi.*

DIGRESSIO

Utilis & judicis

De praecipuis credibilitatis nostrae fidei argumentis.

237 **D**e his fufe & eleganter differunt plures ex SS. Patribus; Tertullianus in Apologetico, & in libro ad Scapulam; Iulianus Martyr in utraque Apologia, altera ad Antonium Pium; quod ad Senatū Romanū; Chrysostomus homilia quod Christus sit Deus; Augustinus libro de utilitate credendi, ad finem libri, libro contra Epistolam fundamenti cap. 4. lib. 1. de civitate a. c. 21. usque ad 23. & lib. 22. a. c. 5. usque ad 16. Eusebius toto fere opere de praeparatione Evangelicae, sicut & altero de demonstratione similitur Evangelicae Amobius lib. 8. contra Gentes; & Vincentius Lyrensis in suo commentario. Inter Recentiores vero elegantissime & locupletissime de his scribit Hieronymus Savonarola lib. a. de Triumpho Crucis, & in alio libro cui titulus est, *Solutio itineris mei*: Grammaticus in Catechismo parte secunda cap. 3. & seqq. Marcellus Ficinus, in libro de Religione Christiana; Bofius duobus tomis de signis Ecclesiae; Ludovicus Vives, quinque libris de veritate fidei Christianae; Spiritus Roterus, Ordinis Praedicatorum, & plures alii. Ex Scholasticis autem D. Thomas 1. contra Gentes cap. 6. & ibi Ferraricus; Michael Medina lib. 2. de recta fide in Deum; Bellarminus lib. 4. de Ecclesia; Valentia quest. 1. de fide, punct. 4. quem Turrianus fere descripsit, Bartholomaeus Medina quest. 3. introductoria in 3. partem D. Thomae; & Joannes a S. Thoma tom. 1. partem tota disp. 1.

238 **Q**ue illi fufe, & lato calamo seripserunt, nos brevitate fluidentes, breviter & succincte exponemus, omniaque credibilitatis nostrae fidei motiva seu argumenta, quae innumera sunt, ad duodecim praecipua reducemus, quae sunt veluti duodecim stella, quibus praefigat mystica illa corona Ecclesiae, de qua dicitur Apoc. 12. *Signum apparuit in caelo, mulier circumdata sole, & in capite ejus corona stellarum duodecim.*

§. I.

Antiquitas fidei nostrae, primum credibilitatis ejus argumentum.

239 **H**oc argumentum magni ponderis est, potestque sic breviter proponi. Fides nostrae antiquissima est: Ergo mendax & falsa esse non potest. Consequencia legitima est: ut enim egregie dicarunt Tertullianus in libro de praescriptionibus, cum manducant panem, & alii quae ad Dei cultum, & ad omnem virtutem, & morumque excellentiam sanctitatem, vehementer impellant; miretur etiam Decalogi aequitatem, amorem erga hostes, conjugij fidelitatem, aliaque id genus, quae naturali lumine facilius attingi possunt. Nullus est etiam excogitabilis altior sensus, & omni sapientia conformior, de Deo, ejusque perfectionibus, quam is quem tradit doctrina Catholica: omnia enim quae de ipso credenda proponit, plurimum commendat ipsius excellentiam in essendo majestatem, ipsius omnipotentiam in operandi virtute, ejus sapientiam & providentiam in mundi gubernatione, ejus bonitatem & liberalitatem in honorum & praemiorum distributione, ejus justitiam & aequitatem in severa delictorum punitione, & denique infinitam ejus sanctitatem in morum rectitudine & puritate: quod certe evidens argumentum est, talem doctrinam esse a Deo, & spiritui veritatis profectam; nam spiritus mendax & fallax, utpote a Deo alienissimus, non haberet summe illi de Deo aestimationem: unde suspensiones ethicae, quia demonem auctorem habebat, vilissimum habere de Deo conceptum & aestimationem. Item quaecumque doctrina Christiana tradit, quae ratio, vel experientia possunt discutere, reperta sunt vera, ut de mundi dispositione, & creatione, animorum immortalitate, & aliis. Si vero quaedam proponit de Deo, humani intellectus captum superantia, ut Trinitatem Personarum divinarum, Verbi incarnationem, & alia quaedam supra rationem, & soli Deo de se credere, qui solus se novit, ut belle ait Hilarius. Denique manifestum veritatis nostrae fidei argumentum est, quod cum Scriptura

extremissimi tamen eorum, non retroflectentes apprehendantur primariis vestris (o Romani) sapientibus, & legiferis, & historicis. Fides ergo nostra perantiqua est, & omnem haeresim praecedit: unde cum ille qui prior est tempore, prior sit jure, ut habetur de regulis juris in 6. regula 54. potior est conditio Catholicorum ab antiquo possidentium, quam hereticorum. noviter superventientium; ad quos proinde cum eodem Tertulliano lib. de praescript. cap. 37. merito dicendum est: *Qui estis? quando & unde venistis? Quid in meo agitis non mei? Quo denique Marcion jure sylvam meam cadis? Qua licentia, Valentine, fontes meos transverit? Qua possessate, Appelles, limites meos commoves? Quid hic ceteri ad voluntatem vestram seminatis, & pascite? Mea est possessio, olim possessio, prior possessio, habeo origines firmas ab ipse auctoribus quorum sum res. Ego sum haeres Apostolorum: sicut caeteros testamentis sum, sicut fidei commissarius, sicut adjutor verus, in meo. Vos excorretaverunt semper, & abdicaverunt, ut extraneos, & inimicos.*

§. II.

Veritas, Sanctitas, & vis ad efficaciam fidei nostrae, secundum credibilitatis ejus argumentum.

241 **H**ae tria motiva seu argumenta insinuat Propheta Regius Psal. 18. cum ait: *Lex Domini immaculata, convertens animas, judicium Domini vera*: nam per hac posteriora verba, fidei nostrae veritas, per priora vero ejus puritas, seu sanctitas, & virtus quam habet ad convertendas animas, declarantur, ut docet Divus Thomas in expositione hujus Psalmi, ubi ait quod haec verba ponuntur ad differentiam legis humanae, in qua quaedam illicita tolerantur, sicut usura & profusio, non enim potest omnia corrigere, lex vero Domini est omnino immaculata, id est, omnia mala & peccata excludens, quia nullum permittit, vel tolerat peccatum, sed docet quodlibet peccatum mortale, etiam in corde tantum commissum poena aeterna puniri, & quodlibet veniale poena temporalis: unde fides nostra non invaluit in mundo, mala aliqua permittendo, vel delicias promittendo, sicut lex Mahumeti, & plurimum aliorum infidelium, sed resistendo appetitui temporalium, & ab his praesentibus avertendo, & saltem rationem sequendo; quod est evidens signum veritatis illius. Et ex hoc sequitur, quod illa non solum sit immaculata, sed etiam convertens animas; quia non tantum ordinat de actibus exterioribus, sicut lex humana, sed etiam de interioribus, praecipitur enim Matth. 5. non solum non occidere, sed etiam non irasci; non solum non adulteri, sed neque videre mulierem ad concupiscendum; & alia similia. Tres ergo illae fidei Christianae dotes & excellentiae, nimirum veritas, sanctitas, & vis, seu efficacitas, paulo fufus hic expendende sunt, quia ex his sumitur evidens credibilitatis ejus argumentum.

242 **P**rimo igitur Christianissimo fidem conciliat doctrinae profitetur veritas: nihil enim est in tota doctrina Christiana, quod ratio fallum esse ostendat, immo consensum sibi non judicat, pensatis omnibus; ita ut ratio, si eam sequatur, miretur tam sublimia de Deo sensa, & de animorum immortalitate, de fine ultimo, de medijs ad ipsum consequendum institutis, de virtutibus & vitiis, de bonorum operum praemio, & peccatorum poenis, & aliis quae ad Dei cultum, & ad omnem virtutem, & morumque excellentiam sanctitatem, vehementer impellant; miretur etiam Decalogi aequitatem, amorem erga hostes, conjugij fidelitatem, aliaque id genus, quae naturali lumine facilius attingi possunt. Nullus est etiam excogitabilis altior sensus, & omni sapientia conformior, de Deo, ejusque perfectionibus, quam is quem tradit doctrina Catholica: omnia enim quae de ipso credenda proponit, plurimum commendat ipsius excellentiam in essendo majestatem, ipsius omnipotentiam in operandi virtute, ejus sapientiam & providentiam in mundi gubernatione, ejus bonitatem & liberalitatem in honorum & praemiorum distributione, ejus justitiam & aequitatem in severa delictorum punitione, & denique infinitam ejus sanctitatem in morum rectitudine & puritate: quod certe evidens argumentum est, talem doctrinam esse a Deo, & spiritui veritatis profectam; nam spiritus mendax & fallax, utpote a Deo alienissimus, non haberet summe illi de Deo aestimationem: unde suspensiones ethicae, quia demonem auctorem habebat, vilissimum habere de Deo conceptum & aestimationem. Item quaecumque doctrina Christiana tradit, quae ratio, vel experientia possunt discutere, reperta sunt vera, ut de mundi dispositione, & creatione, animorum immortalitate, & aliis. Si vero quaedam proponit de Deo, humani intellectus captum superantia, ut Trinitatem Personarum divinarum, Verbi incarnationem, & alia quaedam supra rationem, & soli Deo de se credere, qui solus se novit, ut belle ait Hilarius. Denique manifestum veritatis nostrae fidei argumentum est, quod cum Scriptura

Sacra de rebus fere omnibus, non solum supernaturalibus & divinis, sed etiam naturalibus, moralibus, & humanis...

Sanctitas vero Christiane doctrinae in eo apparet, quod nulla est levis offensio contra Deum, vel proximum, aut propriam honestatem, quam non condemnent, nullam pietatis aut virtutis officium, quod non commendent; nullus modus amandi Deum excellenter eo quem tradit,...

Tertia qualitas doctrinae Christianae, nimirum vis & efficacia, elucet in eo quod homines a summa impietate ad summam pietatem traducit, ut de Theofalonicensibus scribit Paulus 1. ad Thessal. 3. idque tam prompte & celeriter, ut merito dicere possimus, quod unus anni predicatio Evangelica, plus attulit virtutis & iustitiae in mundum, quam omnium Philosophorum scholae omnibus saeculis efficere possissent.

fuerit ille mutabitur. Da iniustum, insipientem, peccatorem, continentem & aequum, & prudentem, & innocens erit: tanta enim divina sapientia vis est, ut in hominis peccata infusa, delictorum fulcrum suo semel imperu expellat.

Dicunt forte Gentiles, repentinis illas morum mutationes apud suos exstitisse, et de Polemone fertur, qui cum vitam flagitiosissimam duceret, scholam Xenocrati, de virtutis excellentia & pulcritudine differens, ingressus repente in virum alterum mutatus est. Sed responderetur primo in moribus Gentium nunquam fuisse perfectam mutationem: nam est variis virtutibus nonnunquam praediti fuerint, semper tamen vitio aliquo, si non palam, saltem clandestino, laborarunt, ut de Socrate, Platone & Aristotele, Philosophorum Principibus, notum est. Secundo si quae mutationes repentine in eis existerint, fuerunt rarissime, & forte unam aut alteram, ad emendationem vitae prioris, Philosophia Paganorum induxit; ubi fides Evangelica infinitos omnis aetatis, sexus, conditionis, generis, a summa impietate, & vivendi licentia, ad summam pietatem, & morum puritatem & sanctitatem traduxit. Tertio Philosophia ethica nonnullis divitiarum & voluptatum contemptum edocuit; sed fides Evangelica Christianos edocet mundi, & sui contemptum, qui longe difficilior est, humilitatem cordis, amorem crucis, & dilectionem inimicorum, quae ut docet Tertullianus lib. ad Scapulam, cap. 1. est veluti proprius Christianorum caracter, eos a Gentilibus & Judaeis discernens: Invenimus, inquit, inimicos diligere, ut hac se perficit & propria bonitas nostra, non communis: amicum enim diligere, omnium est; inimicos autem, solum Christianorum.

§. III.

Modus admirabilis, quo in mundum fides Christiana inducitur & propagata est, tertium creditibilitatis eius argumentum.

Plura in hoc argumento continentur admiratione dignissima: & quae fidei nostrae propagationem, opus esse dumtaxat divinae virtutis manifeste demonstrant. Primum est promptitudo fidei celeritas, quae Christi fides per totum fere mundum introducta & diffusa est: nam Paulus ad Coloss. 1. ait jam suo tempore fidem Christi fructificasse in universo mundo, & Iustinus Martyr, qui vixit initio saeculi secundi, in Dialogo cum Tryphone, ait: Nullum hominum genus est, sive Barbarorum, sive Graecorum, aut eorum qui palustris pro damibus utuntur, vel qui domorum usum non habent, apud quos Iesu, qui cruci suffragus est, nomine, preces & Eucharistia omnium verum Creatori non sunt. Eadem habent Irenaeus lib. 1. cap. 3. & Tertullianus, qui ait secundo saeculo floruit, c. 7. libri contra Iudeos dicit, Christianam fidem latius fuisse dominatam, quam Romanum imperium; multaque loca, Romanis inaccessible fuisse Christo subdita. Denique Plinius 1. 10. Epist. 97. ad Trajanum Imperatorem: Non civitates tantum (inquit) sed & vicus, usque agros, superstitionis istius (Christianae) contagio pervagata est. Certe satis constat prope jam desolata templa (Idolorum) capisse celebrari sacra sollemnitas diu intermissa. Unde belle Chrysofostomus in libro quod Christus est Deus, ait quod sicut Deus initio mundi dixit Germanis terra herbas virentem, & in momento omnia tunc praeverta, omnia hortus; ita iussit ut Ecclesia brevi tempore ferret, & nemo potuit obistere, & ut Synagogae destruerent cum templo, & nemo potuit resistere.

Secundo admiratione dignissimum est, tam colorem mundi conversionem, & fidei per totum orbem diffusionem, factam esse per Apostolos, id est per paucos piscatores, antea rudes & idiotas, imbelles, & pauperes, contemptibiles, non armorum potentia, non Magnatum praesidio, non opum, voluptatum, aut honorum licentibus, non eloquentiae vi, sed sola Christi virtute & sapientia, ut eleganter expendit Chrysofost. serm. 3. Pentecostes, his verbis: Peragravit discipulorum orbem terrarum, & infimum eum invenerunt, ad sanctitatem reducere, & in ruinam positum, ad stabilitatem revocaverunt: non sicut moventes, non arcus tendentes, non sagittas mittentes, non pecuniam largientes, non in eloquentia confidentes; pecunia indigent, sed regnum caelorum possidentes: non habentes humana solatia, habentes autem Dominum secum. Peragravit universum orbem oves simul cum lupis, & vulnerata a bestis non sunt oves, sed magis lupi ad ovium mansuetudinem sunt conversi. Et in libro 5. quod Christus est Deus, sic discurre: nemo unquam adhaerens murum ex cimento & lapidibus, si manus ei ligatur, possit ovem perferre. Apostoli autem non tantum ligati, sed innumerabilia passim edificaverunt toto orbe Ecclesiam, & fidem per totum mundum diffuserunt, contradicentibus omnibus, repugnante Principum & Magistratum potentia, Philosophorum sapientia, Rhetorum eloquentia, repugnantibus denique humanis sensibus & affectibus: in quo certe elucet maxima vis & potentia.

potentia fidei nostrae & crucis Christi. Nam, ut reche discursu Medina lib. supra citato de recta fide in Deum c. 4. cum nihil temporale, nihil caducum, nihil ad fluxum & terrenam felicitatem conducens, Majores nostros ad Christianam vivendi rationem pollexerit, debuit esse divinum aliquid, quod in Christiana Religione, primitivae illius fundatoribus & propagatoribus adverterent. Nec enim enim tam stultis & amentes, ut adhaerere ratione fidei, famam, honorem, vitam, fortunam, suaque omnia tenentiae pessandarent. Grande, inquam, fuisse oportet, quo implati illi homines, qui alioqui sicut ceteri mortales humanis affectibus tangebantur, legi ad religionem, quae carni & sanguini bellum indiceret, praesentibusque omnibus spoliaret, contra eam quam a suis progenitoribus acceperant rationem vivendi, contra patrias leges, contra Principum imperia, contra cognatorum suasiones, contra uxorum, filiorum, ac parentum lacrymas, nomina dederint, & in ejus verba, non vi & armis coacti, immo contra vim & arma juraverint; neque ullis suppliciis & tormentis, ab ea suscipienda deterreri, & a suscepta avertere poterint.

Alia consideratio hujus argumenti est, quod Apostolorum praedicatione non solum fidei jugo subdit homines plebejos, rudes, & ignaves, sed etiam viros suo aetate doctissimos, Dionysium, Clementem, Irenaeum, Justinum, Anobium, Aristidem, Athenagoram, Lactantium, Tertullianum, & alios viros eloquentes & doctos, qui Christianam legem tota doctrina & faecundia infestabantur, & convitiis, ac scomatibus praesidebant, ut de se ait Tertullianus in Apol. cap. 18. inquit, Hic nos rissimus aliquando, de vestris sumus: sunt non videntur Christiani: Ipsi etiam Imperatores, Reges, & Principes, piscatorum doctrina paraverunt, & quos forte prosequantur, praesenti sunt fide, ut belle ait Augustinus lib. 22. de civitate cap. 7. qui etiam concione in Psal. 65. admirans quomodo Deus per piscatores mundum converterit, haec scribit: Elegit Imperatores postea, sed melius est ut Romanum cum veneris Imperator, pleret ad memoriam Piscatoris (id est ad Petri Apostoli sepulchrum) quam si plerique piscator ad memoriam Imperatoris: Et Chryfostomus homil. 26. in cap. 12. Epist. 2. ad Corinth. haec scribit: Qui indiens se purpura, & coronatus diademate, venit ut impleretur sepulchra Petri & Pauli: & deponitur fastus, ut piscatorem, & Aristitem sensu factorem, ut pro ipso ad Deum intercedat. Ergone Dominum mortuum vocabitis, cujus servi post mortem sunt praetores Imperatorum totius orbis?

§. IV.

Firmitas, & incrementum fidei nostrae, in mediis persecutionibus, quantum creditibilitatis eius argumentum.

Hoc argumentum duo continet creditibilitatis nostrae fidei motiva, primum sumitur ex Ecclesiae firmitate & stabilitate: inter totas perfectiones quae passa est; quae certe evidens inditium est, illam speciali cura & providentia protegi & conservari a Deo: videas enim, inquit Medina, libro supra citato cap. 6. florentissimas & solidissimas quasque Respublicas vel externis bellis, vel seditionibus internis abolitas: cum tamen contra, nulla persecutionum tempestas, nullas tentationis turbo, nulla procella calamitatum, Christianam fidem & Religionem demerferit, sed quanto vehementius diabolice & mundanae persecutiones ingravescebant, tanto magis novo germine pullulabat Ecclesia; nimirum quia fundata est supra firmam petram, contra quam porta inferi prevaleat non possunt. Quaeque vel unus gentis potentia summis imperiis avertendis sufficeret; nam Assyrius Medus, Medos Persicus, Perlas Graecus Duce Alexandro, Graecos Romanus delevit exercitus, qui deinceps Gothis, vandalis, Hunnis Longobardis, Turcis, Alanis, Francis Imperium cecit invitus: in Ecclesiam tamen non Medi solum, non Persae non Graeci, non Romani, sed nec universi orbis, unanimi conspiratione insurgens, prevaleat potuit. Paucissimi Romani Imperatores Christiani, brevi temporis spatio, universam idololatram toto Romano Imperio extulerunt, non quidem propositis penis, sed Christiana vivendi ratione permitta. Contra vero pluribus saeculis, nec maximorum Imperatorum favores, nec gravissima supplicia, nec saeva leges, nec infamiae notae, nec certe proscriptioes, nec cetera id genus, quae in Christianos, ut in sacrilegos exerceri solebant, Christianam Religionem laeserunt: sed inter has persecutiones, velut rupe antipetita, undequaque obfusa, oppressaque, palma in modum erexit fests, & vegetior, potentior, augustiorque electa est. Alc. emblem. 36.

Quo magis & premiorum, hoc magis tollit unum; secundum motivum petitur ex ejus incremento: nam tantum ab eo quod Ecclesiae persecutionibus, quae tre-

centis annis & amplius duraverunt, numerus Christianorum fuerit propterea diminutus, quin potius ex illis maximum incrementum habuit, ut constat ex historia tam prophana, quam sacra. Unde pulere Tertullianus & veteres, sub finem Apologeticum, sanguinem Martyrum vocat fomes Christianorum, tyrannosque ea propter ad eos magis cadendum provocat istis verbis: Hoc agite boni praefici, torquere, accipite nos: plures efficiuntur, quoties boni praeficiuntur a vobis: excusator quaque crudelitas vestra, illecebra est magis facta. Hic etiam S. Justinus, in Dialogo contra Tryphonem, Ecclesiam viti comparat, quae ipsa sui amputatione uberius redditur: Non secus ac vinea, inquit, putatione, ita crescit Ecclesia persecutionibus. Similiter S. Leo serm. 1. de Petro & Paulo eam comparat agro fertilissimo, in quo grana quae singula cadunt, multiplicata renascuntur. Item Salvianus lib. de provid. haec ait esse Christianae vitae rationem, ut inter ipsas persecutiones incrementum suscipiat, & inter prospera marcescat. Denique D. Hilarius lib. 4. de Trinit. in hanc rem bellissime ait: Sicut olim crescentibus diluvis fluvibus; arena sublimius forebatur, & tandem procellarum vitibus requievit super montes Armenia: non dispari modo Ecclesia, dum exerceatur, floret; dum opprimitur, crescit: dum contemnitur, proficit; dum calidatur, vincit. In hujus veritatis confirmationem refert Zonaras in vita Diocletiani, eum Mediolani in Occidente, & Maximum ejus in Imperio solani Ni-comediae in Oriente, Imperio sponte se abdicasse, quod non possent suis cedibus & tormentis Christianos extingueret, quin immo eos in dies incrementum maximum suscipere suis oculis intueretur. Cui consonat id quod nostris temporibus in Japonia de Christianis Martyribus pronuntiat fertur Tyrannus Imperator: vestra in hoc saevire, e quorum cineribus plures in dies exurgunt.

§. V.

Infelix exitus eorum qui fidem nostram oppugnaverunt, quantum creditibilitatis eius argumentum.

Cum falsa doctrinae impugnatione gratissimum Deo, qui est prima veritas, fit obsequium, dignum proinde laude & premio: verissimum est illius Religionis falsa non esse dogmata, sed vera, cujus hostes, & impugatores gravissimis a Deo in hoc mundo fuere multati suppliciis: unde non leve sumitur creditibilitatis nostrae fidei argumentum ex infelici exitu eorum, qui eam oppugnaverunt, qui exploratissimum est. In primis enim Pilatus, qui Christum damnavit ad mortem, in tantas, imperrante Caio, incidit calamitates, ut mortem sibi inferre suorumque ipse criminum vindex esse coactus fuerit, ut lib. 1. Histor. refert Eusebius. Nero etiam qui primam persecutionem adversus Christianos movit, mortem sibi conscivit, dicens: Turpiter vixi, turpius morior. Domitianus a domesticis septem vulneribus confossus occubuit. Trajanus paralisi & hydrophi, vel juxta Dionysium, veneno sabbatus est. Adrianus nimio sanguinis fluxu exhaustus, sanguinis efflusi poenas in sanguine solvit. Antoninus apoplexia mortuus est, cum triduo hucus jacuisset. Severus podagra impatiens, venenum hausit. Maximus cum filio a militibus disceptus est, exclamantibus, esse pessimum canem ne catalogum quidem relinquentem esse. Decius vix biennio potius Imperio, hiatu terrae absorptus est. Gallus & Volusianus adversus Emilianum proficentis, a militibus perempti sunt. Diocletianus post varias aggritudines, tabe & infania correptus est, cum videtur se Christianum nomen extinguere non posse. Maximianus vero, cum vellet imperium, a quo sponte se abdicaverat, resumere, ejus insidiis Constantino detectis, laqueo sibi vitam eripuit. Denique nullus est qui vindictam a Deo de Judaes Chrifticidis, & primis fidei nostrae persecutoribus ignoret: illi enim ab eo tempore quo morti ab eis traditus est Christus, per totum mundum vagantur, & transfent de gente in gentem, & de regno ad populum alterum, juxta Prophetarum suorum vaticinia, sine Duce, sine Judice, sine Templo, sine Sacerdote, & sine unquam quidem terra cessant possident, omnium ludibrio & contemptui expositi sunt, & innumeris calamitatibus patiantur, quae juxta Danielis vaticinium, in aeternum perseverabunt. Quod certe evidens argumentum est, fidem nostram esse verissimam, & Christum, ejus Auctorem & consummatorum, esse verum Deum: si enim verus Deus non esset ut ipse dicebat, subindeque falsam tradidisset doctrinam, dubium non esset quin Judaei eum interfecissent, qui usque adeo imple gloriam divinam ad se transfecissent, magnum & gratissimum Deo praestitissent obsequium: unde divinae bonitatis non videtur contentum, quod post illud facinus Gens illarum tam multis, tam diuturnis, & tam magnis calamitatibus vexetur; quin potius videtur quodlibet aliud scelus ab eis commissum, quo unquam illam actionem remittendum fuisse, maxime cum (ut arguit D. Chryfostomus, Oratio 3. adversus Judaeos) olim Deus poenas eorum idololatricae debitas omnino remiserit.

Miracula a Christo, ejusque Discipulis, & aliis Sanctis
vix edita, decimum creditibilitatis nostrae
fidei argumentum.

tionem Christianorum, in quarum una testatur Marcus
Aurelius, qui eam ad Senatam Romanam scripsit, se in
re profus deperata, Christianorum precibus, insignem
de hostibus victoriam reportasse, & in media Germania,
montibus undique cum suis conclusum, in extrema fidei
optatam et Caelo pluviam obtinuisse, quos propterea egre-
gie commendans, jubet ut si quis Christianum deinceps
accusaret, vivus combureretur, quemadmodum videre
est, tum in Justino, tum in Baronio, qui eas litteras sub
annum 176. num. 22. ad verbum refert. Hac quoad Gen-
tiles.

358 Quantum vero ad Judæos, celebre reperitur de Christi
miraculis & sanctitate, Josephi testimonium, lib. 18. An-
tiquit. cap. 4. ubi de isto hæc scribit: Eodem tempore fuit
Jesus, vir sapiens, si tamen virum eum fas est dicere: erat
enim mirabilium operum patrator, & Doctor eorum qui li-
berentem veram suscipiunt: plurimosque de Judæis quæ de
genibus sectatores habuit. Christus hic erat, quem accusatum
a nostris. Gentis principibus, Pilatus cum addidisset Cruet,
nihilominus non desitens eum diligere, qui ab initio capi-
tante. Apparuit enim eis tertia die vivus: ita ut divinitus
de eo Vates hoc & alia multa miranda prædixerunt, & usque
in hodiernam Christianorum genus ab hoc denominatum non
desiit. Hoc Josephi testimonium refert Isidorus Peltu-
siota lib. 4. Epist. 225. & Eusebius lib. 1. Historie sue
cap. 11. Illaque Josepho vindicari, ac genuinum esse de-
monstrat Pater Natalis Alexander Doctor Sorbonicus Ordinis
nostri Historie Ecclesiasticæ Dissert. 26. art. 1. num. 12.
Philo etiam discretissimus Judæorum liberum scripsit de san-
ctitate & puritate vite primorum Christianorum, Alexan-
driae degentium, ut testatur Divus Hieronymus in libro
de Scripturis Ecclesiasticis.

359 Denique Christi nomen, etiam apud ipsos Mahumeta-
nas, Christianis Religiosis infensissimos hostes, venerabile
est: Mahumetus enim in Alcorano (teste Marfilio Fic-
no lib. de Christiana Religione cap. 2.) Jesum Christum
Dei virtutem, sapientiam, animam, statum, Spiritum,
Verbumque, afflatu quodam divino ex Maria Virgine
perpetua natum, appellat: atque ipsum fuisse hæc mor-
tuos, aliæque plurima miracula divinitus effecisse, & can-
ctis Hebræorum Prophetis esse sublimiorum. Unde ex
Mahumetanis, qui Mahumeti sepulchrum visunt, nisi etiam
Christi sepulchrum viserint, nondum satis purificati existi-
mantur, qui Christi vel Mariæ nomen contumeliose com-
memorat, apud eos severe punitur. Inducit præterea
idem Mahumetus in Alcorano Deum ita loquentem: Cum
Prophetas alios alite præferimus, eosque allocuti fuerimus,
Christo Mariæ filio, animam nostram proprie conferentes, vim
atque virtutem præ cæteris præbimus. Demum quoties
Evangelium nominat, quod sepius facit, toties pro-
prio cognomine lucem appellat lucidum, aliquando etiam
illum addit esse lumen testamenti, castigationem, rectam-
que vitam timentibus Deum.

360 Confirmatur hoc testimonium ex his que refert Duvederius,
Historiographus Gallus, in compendio Historie
Turcicæ, in vita Bajazeti secundi. Quo tempore (inquit)
Bajazetus pacis cum Venetis initæ succurrere frueretur,
Talismanus quidam (Sacerdos est Mahumeticus Scite) qui
a longa ætate ferè Alcoranum legobat in Templo Sanctæ
Sophiæ die quadam librum manutenebat, ut aliquot ejus pa-
ginas Imperatori, magna populi commotio cetera, exponeret,
subito enim in terram prostratus, fæcque incensus Bajazetum:
Miron, inquit, Domine, Principem adeo doctum, & sapien-
tem fassi hujus Legislatoris, quem Tu Prophetarum omnium
maximum credis, non agnovisse ineptias. Scias nihil ineffe
divini legibus ab eo prescriptis, omnes sensuum oblectamenta
respicimus, quibus homines aliciant; nec alio sine impostorem
illum voluisse, sola gladii pugna, legis suæ controversias diri-
mi, quam ut strepharum suarum agnitionem præcipere. Eas
sape cum Christianorum legibus consuli: & semper cum nota-
bili differentia morum, Christianis reperti fundatas in pu-
ritate vite mirabiles, & in inconvulsa unitate veritate.
Mahumeticis nihil aliud sunt, quam turpitudines, & ludifi-
cationes. Unde concludo amplectendam solum Jesu Christi
Religionem.

Erat Bajazetus Principum omnium supersticiosissimus, qui
proinde Talismanum vix hæc ultima verba complerent ex-
ample extrahi, ac protinus occidi iussit. Veritas tamen publica-
tionem hujus nuntii, quod tansepere sua gloria præjudicabat,
severissime prohibuit omnibus qui sermone illum audierant,
ne cuiquam de eo aliquid revelarent. At ite pro ejus honore
Sacerdos ille mortem adeo generosam peroravit, loqui fecit
Duceam illi, illustris illius Tragædia spectatorem, ne a
Christianis regionem illarum neficeretur, ex qua mire adig-
si sunt. Hæc Duvederius.

Corpus Sancti Claudii Archiepiscopi primum Bizanti
mi, deinde Monachi D. Benedicti, & Abbatis Monasterii
Turenfis ab annis plurquam mille ducentis in eodem Mo-
nasterio integrum profus & incorruptum perseveravit.
Idem testatur Clemens VIII. de B. Agnetæ Postiana, Or-
dinis nostri Virgine, in ejus Canonizationis diplomate: &
tota Hispania demitrat non integritatem solum & incor-
ruptionem corporis Seraphicæ Virginitatis Therese, sed &
caelestem liquorem, omni balsamo puriore ac suavio-
rem, ex eodem sacratissimo corpore promanentem. Quan-
tum ad alia miracula perpetua, omni admiratione digna,
tæce pulverem & sepulcro Sancti Raimundi Pennafortii,
ab annis quadringentis in morborum omnium remedium
sed

sed præcipue febrium, perenniter enascentem. Omitto
Taumatargam Imaginem Sancti Patris nostri Dominici, &
cælo ab ipsa Beatissima Virgine Deipara Soriana in Ca-
labria delatam, quam singulari majestate fulgentem nul-
la unquam ars potuit imitari. Quædam solum subijciam,
gravidis testimonio, & quotidianis experientis com-
probata. Afferuntur in Monasterio nostro Castellano in
Italia tres gemæ, in corde B. Margaritæ Ordinis nostri
Tertiariæ reperiæ, in quarum una virgo pulcherrima cor-
porum in capite gestans, caelesti manu exarata conspici-
tur; in alia, cujus spectatiter meminit Ludovicus Gra-
natensis, Concione 3. de Christi Natali, Puer Jesus in
medio duorum animalium; & in tertia S. Joseph instar
fines itinerantis, e cujus humero pallium pendet, & ad
pedes ejus ipsam Christum ancilla Margaritæ, quæ a cu-
nis cæca, Mytheria Incarnationis Christi, Nativitatis ejus,
& obsequia ei in Ægyptum fugienti, & inde revertenti,
a S. Joseph exhibita, assidua meditatione volebat. Nec
minoris certitudinis est, quod de Sancta Clara de Monte
Falco legitur, scilicet cor ejus diffusum, adhuc incor-
ruptum, ex parte una interiori Christum Crucifixum, ex
altera vero omnia Passionis ejus instrumenta, distincte
representare: & tres globulos ejusdem magnitudinis, &
coloris, in ejus felle reperiens, & in figura triangulari
dispositos, in Mytheria Sanctissimæ Trinitatis confirmatio-
nem, non magis ponderare duos, vel omnes tres si-
mul, quam unum eorum, vel seorsum quemlibet, ut
suse narat in ejus vita P. Simplicitatis a Sancto Mar-
tino, Augustinianus, in Academia Tolosana Professor Re-
gius, atque Decanus. Extant insuper in diversis orbis Ec-
clesiis plures Hostiæ, a multis sæculis consecratæ, non
solum incorruptæ & integre, ut Divione in Burgundia,
sed etiam firmissime adhaerentes patris, ut Promeste
in Hispania, immo insuper aliquid miraculofo sanguine
conspersæ, ut in Darocanis corporalibus, in Aragonia.
Tot itaque convicta prodigiis humana credulitate, ma-
xime credibilia sunt Mytheria, quæ alias vim omnem
humanæ credulitatis excedunt, piæque datur nobis oc-
casio, & excitatur confidendi dicens Deo, cum Richar-
do a Sancto Victore, libro de Trinit. cap. 2. Domine, si
est error, a te decepti sumus; nam ipsi in nobis tantis signis
& prodigiis confirmati sumus, & talibus, quæ non nisi per te
ferri possunt.

Sed quamvis in confirmationem nostræ fidei nullum edi-
tum fuisset miraculum, non esset tamen minus credibilis:
nam ut belle ait Sanctus Thomas 1. contra Gentes c. 6.
Omnibus signis admirabilibus est, & ad credendum tam
ardua, & ad operandum tam difficilia mundus absque mira-
culis indacatus fuisse a simplicibus & ignobilibus hominibus.
Quem locum ponderans Cajetanus 3. part. quest. 43. ar-
tic. 4. sic ait: A. Atque ex lib. 1. contra Gentes cap. 6.
quæ aut eandem Christum fuisse miracula relata in Evan-
gelio, vel non? S. conceditur, habetur illius Deitas; si non
conceditur, etiam habetur ex hoc maximo miraculo, quod
absque miraculo, contra totum mundum idola colentem pa-
ganas, superavit.

Eodem discursu & ratiocinio utitur D. Augustinus in
oratione contra infideles. Cum constet, inquit, Roma-
num Imperium, universumque orbem tot potentibus vi-
ris, Philofohis, Oratoribus referent, Christi doctrinæ
ante repugnantem, ad eam postmodum fuisse conver-
sum: quæo an virtute signorum & prodigiorum, ab
antiquis ritibus, dique observata religione, in hanc
novam & inauditam fidem facta mutatio? Si fatebe-
rit mundum ad hanc persuasionem tractum fuisse vi mi-
raculorum, quibus contradicere nequaquam poterat;
fateri oportebit, a Deo auctore miraculorum, & qui
facit mirabilia magna solus, religionem hanc processit-
se: si autem negas ullis miraculis mundum ad hanc
recipiendam fidem fuisse provocatum, negando miracu-
la, ingens miraculum ingeris: quid enim potest dici
mirabilius, quam Romanum Imperium, totamque Gen-
tilitatem, religionem quam tam acriter impugnabant,
subvertereque mollebantur, desertis paternis ritibus,
nullis visis signis, mirandifque operibus, sponte susce-
pisse, & in ea retinenda tam constantes fuisse?

Innumerabilium Martyrum testimonium, undecimum
creditibilitatis nostræ fidei argumentum.

366 Constantia quoque & patientia Martyrum, qui inda
nomen acceperant, quod suo sanguine magnum fidei
testimonium præbuerint, invictissimum est veritatis ejus
argumentum: licet enim aliqui heretici pro suis errori-
bus mortui sint, plerique hæreses de suis martyribus glo-
riantur, ut ex Apollinari referit Nicephorus lib. 4. histor.
cap. 23. sunt tamen peculiare circumstantiæ Catholicorum
Martyrum, quæ hujus argumenti vim mirabiliter aug-
ment, & Religionis Christianæ veritatem ac sanctitatem
manifeste declarant. Prima est eorum multitudo: nam

pro aliis festis pauci mortem subire voluerunt; pro fide
vero Christiana innumerabiles fuere Martyres, qui san-
guine suo illi subscribere, ejusque veritatem testati sunt:
una enim die tota Thebæ millia Komæ interfecta fuere, &
in nocte quæ memoria nativitatis Christi recollitur, vi-
ginti vel amplius millia combusta sunt: unde Hierony-
mus Epistola ad Heliodorum refert se revolūtis Roma-
norum Pontificum annalibus, invenisse numerum Marty-
rum ita crevisse, ut si omnium memoriam vellemus ce-
lebrare, singulo quoque die celebranda essent trium mil-
lium natalitia. Quare merito Gregorius homilia 17. in
Evangel. exclamat: Totum mundum, fratres, aspiciat: Mar-
tyribus plenus est: jam pene tot qui videamus non sumus,
quos veritatis testes habemus: Deo ergo numerabiles, nobis
super arenam multiplicati sunt: quia quanti sunt, a nobis
comprehendi non possunt.

Secundo, consideranda est atrocitas tormentorum, quæ 367
Christiani Martyres passi sunt; non enim solum gladio,
sed etiam cruce & igne interempti sunt; adeo ut Christi-
ani ea propter per contemptum Cruciarum vocari solent,
eo quod communiter in crucem agerentur: nonnunquam
Sarmenitii, quia ad dimidiæ axis stipitem revincti, sub-
jectis sarmenitibus, passim cremabantur.

Tertio, ponderandus est modus patendi, non solum
æquo animo, sed etiam cum summa letitia, & cum ma-
gnis signis innocentie & sanctitatis: & etiam sapien-
tissima responsa, & rationes pluraquam humanas sæpe fidei
reddentes.

Accedit quarto, quod non solum viri natura fortes &
constantes, sed & senes decrepiti, non enim ille Jeroso-
lymitanus Episcopus, qui centesimo vigesimo vite sue an-
no cruci affixus fuit, & femine imbecilles, atque infan-
tuli, & virguncula, quæ naturaliter vel ipso nudi en-
sis, aut sanguinis effusi aspectu examitari solent, tor-
menta crudelissima, morentique acerbissimum passi sunt:
hoc enim certe vim divinam arguit. Unde Ecclesia in
communi oratione de Virgine & Martyre dicit: Deus qui
inter cætera potentia tua miracula etiam in sexu fragili vi-
storiam martyrii consulisti. Et Ambrosius lib. de Virgini-
bus, paulo post instituit, non immerito sic exclamat de
Sancta Agnetæ martyre, tredecim annorum: Magna vis fi-
dei, quæ etiam ab illa testimonium invenit arare!

Mirari (inquit Tertullianus) Lucretia generosam,
quæ vim stupri passa, caltrum sibi adegit in conspectu propi-
quorum, ut gloriam castitatis sue pareret? Mirari Mutii for-
titudinem, qui manum suam dexteram in ara cremavit, ut
hoc factum ejus fama haberet? Mirari Regulum Romanorum
Ducem, qui captus a Carthaginiensibus, cum se unum pro
multis Carthaginiensibus componari nolisset, maluit hostibus
reddi, & in arca genus stipatus undique extrinsecus clavibus
transfixus, tot Crucis sensus? Mirari potius de Christianis
unius virginis Agnetis constantiam. Hæc (subit Ambro-
sius) tredecim annorum, pro Dei defensione martyrium passa
est. Hæc inter cætera carnicem impavida manus, hæc siri-
dentium gravibus immobilis tractibus catenarum, nunc su-
rentis mucroni militis totum offerre corpus, mori adhuc in-
scia, sed parata: vel si ad aras invita raperetur, tendere
Christo inter ignis manus, atque in ipso sacrilegis facis, tro-
phæum Domini signare victoris, &c.

Denique in Christianis Martyribus considerandum est, 367
quod illi non tantum tenere eadem dogmata que docet
Ecclesia, verum etiam ex illis hauserit martyrii sui con-
stantiam, puta ex reali manducatione Corporis Christi, &
potatione sanguinis ejus, ut docet Cyprianus in ferm. de
cena Domini, & Augustinus super Psalm. 22. ubi sic ait:
Hæc Calice inebriati erant Martyres, quando ad passionem
euntes, suæ non agnoscebant, non uxorem sentem, non filios,
non parentes, & gratias agendo dicebant, Calicem salutari-
s accipiam. Et Tract. 84. in Joann. dicit Martyres ef-
fundentes suum sanguinem pro Christo, quæ de mensa Dei
acceperant, pariter Domino reddidisse: Sed manifestum
est quod realiter fuderunt suum sanguinem, & reddide-
runt Christo: Ergo pariter Christi Sanguinem biberant
realiter, & non solum figurative, ut docent hujus tem-
poris heretici.

Quod Cyprianus & Augustinus dicunt de manducatio- 369
ne Corporis Christi, asserit Bernardus ferm. 61. in Canti-
ca, de memoria Passionis ejus, eam scilicet mirum in mo-
dum Martyres ad patienter & alacriter toleranda tormenta
adjuvante: Non sentiebat (inquit) Martyr suæ, Ann illius
vulnera intuebatur. Stabat eripidians & triumphans, tota
licet lacerto corpore, & rima latera ferro, non modo for-
titer, sed & alacriter sacrum & carne sua circumspiciebat
ebullire cruorem. Ubi tunc anima Martyris? nunc in tuto,
nempe in petra, nempe in visceribus Jesu: si enim in suis es-
set visceribus, servatus ea ferrum profecto sentiret, dolore
non ferret, succumberet, & negare: nunc autem in petra
habitans, quid mirum si in modum petre durnerit.

